

tradicione / assignacione receptionem, apprehensionem, missio-
nis in possessionem, et corporalem intronizacionem, dictus dominus
Abbas pro se, et nomine quo supra, animo intrandi possessionem
realem gratauerit assumpsit, apprehendit et recepit Consequenterque
dictus Ruodolfus⁴ de Roschach pro se, / et nomine vr-
sule sue vxoris prescripte, Aduocata sua familia domestica domus
eiusdem. videlicet Johanne sturm, et Anna reicta, olim Ju-
dici Regettin, de pertenue⁷, eandem familiam licenciauit a
se, Ac ipsam eandem familiam, ex nunc et in / antea familiam dicti
domini abbatis et sui Monasterii constituit, fecit et . . .⁸, subiung-
gens quod nec ipsum Ruodolfum⁴ de Roschach: nec vr-
sulam eius uxorem prefatam, pro domino domus deinceps reputa-
rent nec haberent: Set dominum abbatem, et dictum Monasterium:
pro domino domus colerent / et haberent. sibique seruicia grata et
fidelitatem in penderent, et in omnibus obedirent, Quoniam⁹ fa-
miliam dictus dominus abbas, ex nunc et in antea, recepta primitus
ab eadem familia, fidei dacione de fidelitate et seruicio prestando;
in suam familiam et seruitores recepit / et assumpsit, dans ilico eidem
familie, pro arra seruitutis, decem solidos denariorum C o n s t a -
n -
c i e n s i s monete, Quibus ut sic peractis prefatus dominus Abbas,
dictum Ruodolfum⁴ de Roschach, cum pluribus alijs honestis
dominis, canonicis, et laycis subscriptis ad suum prandeum / in
dictam domum jam suam, vocauit et inuitauit, et in signum perfecte
possessionis assignacionis et apprehensionis, allato cibo et potu
sufficienti, de domo aliena, prandeum perfecit, et sic possessionis
apprehensionem consumauit, Intendens et proponens ut asseruit, /
dictam domum propria in persona, suam seu per familiam deinceps
inhabitare, Super quibus omnibus et singulis sepefatus dominus
Abbas: instanter pecijt sibi fieri per me publicum notarium sub-
scriptum, meliori modo et forma quibus fieri posset¹⁰, et de con-
silio iurisperitorum, vnum vel plura / publicum vel publica, instru-
mentum vel instrumenta, Actum curie, anno. mense. die. hora.
indictione. et loco quibus supra. Presentibus honorabilibus et prouid-
idis dominis, Volrico³ Haiden scolastico, Gunthelmo
Schorandi, Magistro Helya Knoerr¹¹, canonicis, ecclesie
Curiensis / Johanne Sulzberg sacerdote, Baltezare
gerster¹² Johanne frech, scolaribus dyocesis Curiensis.
Cristoforo de Hertnegg armigero, Volrico³ Kriessz